

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S. Th.
D. & Mathem. P. P. ad Exequias Quas Filio suo suavissimo Matthaeo Dieterico
Bacmeistero, Parentes moestissimi. Hodie ad dimidiam primam paratas expetunt,
Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiose invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746584393>


Druck Freier  Zugang





Cobabus, M.,
in M. D. Bacmeister.

R. 1659.

49.







PROGRAMMA,

131.

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

MICHAEL COBABUS,

S. S. Th. D. & Mathem. P. P.

ad

Exequias

Quas

Filio suo suavissimo

MATTHÆO DIETERICO

BACMEISTERO,

Parentes mœstissimi.

Hodie ad dimidiam primam paratas
expetunt,

Omnēs omnium Ordinum Cives Aca-
demicos officiosè invitāt.



ROSTOCHI,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Anno M. DC. LIX.

Memorabilis, & notatu dignus est Poëta, cuiusdã sermo, quem de humanæ vitæ facie instituit, dum in hæc prorumpit verba:

Omnibus est eadem lethi via, terminus unus.

Est vitæ cunctis, exitiq; modus:

Hæc pueri atq; senes, pariter iuvenesq; feruntur.

Enim verò ita, omninò comparatum est; moriendi necessitas omnes ex æquo obligat, & obstringit. Nemo est, cui non inevitabilis lex & necessitas posita sit emigrandi ex hac vitæ, & eundi in locum communem. Nam quid in rebus humanis certius est morte? quid incertius horâ mortis invenitur? Quocumq; te verteris, incertâ sunt omnia, sola mors certa: non miseretur inopiæ, non reveretur divitiis, non sapientiæ, non moribus, non ætati deniq; parcat. Omnes naturæ nostræ incolumitatẽ primi hominis prævaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, multiplex corporis atq; animi corruptio; inde quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & paulatim mors ultima rerum linea appropinquat. Quemadmodum stellæ velocissimo gyro circumvolutæ perpetuò moventur: sic naturalis hominis vita labitur, unoq; cõtinuato successu percurrit ambitum sui circuli. Stellæ, quæ polis mundi sunt viciniores, circumvolutione suâ universali exiguum, & brevem faciunt circuitum: quæ verò subjacent Æquatori, vel ab eo non longè distant, amplum describunt ambitum. Simili ratione quorundam

dam hominum vita longiori morâ & intervallo peragitur, quorundam verò angustâ & exiguâ intercedine clauditur, Et si enim Deus optimus maximus hominem ita condidit, ut mors in natura integra locum non inveniret, sed ipse ab omnibus animæ & corporis malis esset liber, vitamq; ageret beatam in Paradiso, donec tempore divinitus determinato, ex vita animali ad vitam spiritualem absq; ullo doloris sensu, ac citra animæ à corpore separationem translatus fuisset: post ruinam tamen illam usq; ad eò naturæ nostræ mors sese insinuavit, ut nemini parcat, & hominis vita nihil aliud sit, quam continua ad mortem via. Argumentis hoc prolixius demonstrare, remq; per se tam claram, quàm sol est meridie, documentis illustrare supervacaneum est. Experimento suo palàm id facere potest inter alia ea domus, è qua hodie exanime corpus mellitissimi pueruli efferetur, cujus gratiâ publica hæc indictio promulganda fuit. Ex hac ante octennium ad suæ quietis locum deduximus SOPHIAM HEDEWIG, filiolam suavissimam: Ante quadriennium, & quod excurrit, dies februaryi justa persolvimus JOHANNI filio desideratissimo. Hodie humanus profertur MATTHÆUS DIETERICUS, filiulus natus minimus. Sic dulcissimæ illæ plantulæ, postquam vix leviter vitæ hujus angustias & miseras degustaverant, justâ voluntate omnia moderantis Dei, ex ærumnoso hoc ergastu-

ergastulo & lacrymarum valle liberati, beatarum &
semper felicitium animarum consortio sunt inserti.
Potuissent sanè plures annos supervixisse, & paren-
tibus esse solatio; sed aliter illi, penes quem vitæ ne-
cisq; jus est, placuit. Sic vulnus vulneribus additur,
& veteres cicatrices jam aliquantum obductæ refri-
cantur: sic parentes moestissimi (quis non agrè fe-
rat hanc & lugeat fortunæ insolentiam?) tribus vici-
bus experti sunt formidabile illud mortis symbo-
lum: PARCO NULLI. Cæterum de hoc suo filiolo, cujus
exuvia magnæ mortalium matris hodiè commenda-
buntur, ipse parens mæstitiæ & mæroris plenus, ita
scribit 16. Aprilis: Natus est desideratissimus hic meo
Anno 1657, die 22. Decembris, horâ octavâ matuti-
nâ, & 23. ejusdem mensis die sacris initiatus. Quam-
vis autem suavissimus & pulcherrimus esset infans;
tamen Hippocratis nostri dictærum, eorum scilicet
hominem ex ipsa nativitate morbum esse per bre-
vissimum vitæ curriculum abunde satis expertus
est. Semper enim ferè cum morbis varii generis con-
flictabatur, & usum medicamentorum planè, prout
illa ætas sæpe solet, respuebat. Hinc quoq; factum
ut nudius tertius, post sextam vespertinam, gravis-
simâ catalepsi (qui morbus, proh dolor! alias ipsi
erat familiaris) correptus sit, atq; ita tandem heri
horâ mediâ primâ pomeridianâ in præsentia pa-
rentum aliorumq; amicorum placidè obdormive-
rit,

rit, postquam vixisset per annū unū, mēses tres septi-
manas tres & dies tres. Haften^o ille. Quod an absq;
gemitu & lacrymis scribi potuerit, æstimabunt ii, qui
eandem fortunam experti sunt. Parentibus hic desi-
deratissimus filiulus progenitus est honestissimis,
patre nempe Viro Clarissimo, Excellentissimo, atq;
Experientissimo DN. JOHANNE BACMEISTERO, Me-
dicinæ Doctore & Professore, atq; Physico hujus
Urbis celeberrimo, Domino Collega & amico ho-
noratissimo; matre Hedewig Wolffraths / foeminā
lectissimā, Avus paternus ipsi fuit Vir Clarissimus,
Excellentissimus & Experientissimus, DN. MAT-
THEUS BACMEISTER, Philosophiæ & Medicinæ
Doctor celebratissimus, Celsissimi inferioris Saxo-
niæ Principis Augusti quondam Archiater, & in-
clytæ Urbis Lunæburgæ Physicus; qui patre natus
est Viro plurimum Reverendo & Excellentissimo
Domino LUCA BACMEISTERO, SS. Theol. Doctore,
Academiæ hujus per XLVI. annos Professore me-
ritissimo, Ecclesiæ ad D. Mariæ Pastore, & per mul-
tos annos superintendente vigilantissimo; matre
verò JOHANNA BORDINGIA, Viri Amplissimi & Ex-
perientissimi, Domini JACOBI BORDINGII, Medici-
næ Doctoris Academiæ hujus Professoris, & Cel-
sissimorum Ducum Megapolensium, Dni HEN-
RICI *Pacifici*, & Domini JOHANNIS ALBERTI, postea
verò Potentissimorū Regum Daniæ, CHRISTIANI III.
ca


ac FRIDERICI II. Archiatri, filia primogenita, Amplissimi & Consultissimi Viri DN. JACOBI BORDINGII, Jcti Eximii, Academiae hujus per multos annos Professoris celeberrimi, Celsissimi Principis ac Dni, DN. UDALRICI, Ducis Megapolitani per viginti tres annos Cancellarii & Consilarii, tandem Consulis Urbis Lubecae, amplissimi & bene meriti, sorore. Avum maternum habuit Virum Prudentissimum ac Spectatissimum, Dominum DIETERICUM WULFRATH, Senatorem hujus Urbis honoratissimum, Viri probatae integritatis Domini DIETERICI WULFRATHS, Civis & Mercatoris Lubecensis primarii, ut & MAGDALENÆ von Göltn / Matronae honestissimae filius. Avia paterna ipsi fuit SOPHIA Kellermans / filia Viri gravissimi Dn. JOHANNIS KELLERMANNI, Consulis hujus Urbis Amplissimi, & matronae DOROTHÆ Züngelings / filiae literatissimi Dn. BERNHALDI Züngelings / Celsissimorum Ducum Megapolensium JOHANNIS ALBERTI & UDALRIBI, felicissimae memoriae, Secretarii, deinde in oppido Gadebusch / & civitate Wismariae rei monetariae Praefecti, & ELISABETHÆ Kupfferschlägers / ex Westphaliae Oppido Horn / oriundae. Aviam maternam habuit foeminam ornatissimam HEDEWIG Zanken / Viri Consultissimi & Excellentissimi Dn. MARTINI Zanken / J. U. Doctoris, & Syndici Urbis Wismariae filiam, ac Consultissimi Dn. MARTINI Zanken / Potentissimi Regis Daniae
FRIDE-

FRIDERICI, III. & Serenissimi Electoris Saxoniae JO-
HANNIS GEORGII, Consilarii Eminentissimi, so-
rem progeneram ab HEDEWIGE Dencfers / DN. PE-
TRI Dencfers / Illustrissimi Holsatorū Ducis Præfe-
cturæ Administratoris fidelissimi, filiâ. Reliquum
est, ut Vos mœstissimi parentes filioli vestri obitum
moderatè & æquo animo feratis. Ter certè qua-
terq; beatus is æstimandus est, cui licet quàm ci-
tissimè ex hoc truculento & turbulento mundo
egredi, & in tutam ac æternam tranquillitatem
transire. Felicitas hæc contigit filio vestro tempesti-
vè subtracto infinitis fortunæ casibus, queis volvi-
tur humanæ vitæ decursus, quem velleo nomine fe-
licem haut immeritò judicabitis, quod illa, quæ no-
bis, qui adhuc sumus superstites, imminet, non ex-
spectare necesse habeat. Nos qui nobis adhuc mul-
tos pollicemur annos, hunc flosculum catalepsi-
ceu imbre vehementi extinctum & deletum intue-
amur, mortales nos esse, singulisq; momentis mor-
tem nobis imminere discamus. Nihil enim sic revo-
cat homines à peccatis quemadmodum imminen-
tis mortis meditatio. Quid est, ait Augustinus in
omni scientia, quod hominem provocat facilius ad
sui custodiam, & omnem injustitiâ expellendâ,
ad sanctitatem in timore Dei perficiendam, quam
sue corruptionis consideratio, sue mortalitatis cer-
ta cognitio, postremò tremendæ mortis sue recor-
datio,


datio. Quando enim homo fit non homo, h. e. quando aegrotescit, aegrotando crescit, vultus pallescit, facies nigrescit, oculus obtenebrascit, auris surdescit, nasus putrescit, lingua fatiscit, os obmutescit, corpus tabescit, caro marcescit; tunc pulchritudo carnis foetor efficitur, & putredo resolvitur in cinerem. Ecce satis horribile spectaculum! Hoc mortalitatis monitum a nobis requirit illud humanitatis officium, ut animulae felices exuvias & relictum corpusculum ad suum comitemur dormitoriū. Quod officium, quanquam neminem tam alienum esse ab humanitate existimem, qui parentibus optimis & honoratissimae familiae, de quibus re literaria praecclare merita illud sit denegaturus, tamen insuper Ego unumquemque praecipue vero CIVES ACADEMICOS rogo, invito, & hortor, ut illud facere non detrectent, sed in templo MARIANO hodie media prima convenient, & solennitatem funeralem praesentia sua illustriorem reddere haud graventur. Hoc ipso non tantum aliqua ex parte moeroris parentibus dolorem minuent, sed & suum erga eosdem & Academiam testabuntur amorem & obsequium.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus.





GK





FRIDERICI, III. & Serenissimi
 HANNIS GEORGII, Consiliarii
 rem progeneratam ab HEDEWI
 TRI Dencfers / Illustrissimi
 Sturæ Administratoris fidelis
 est, ut Vos mœstissimi parent
 moderatè & æquo animo fe
 terq; beatus is æstimandus e
 tistimè ex hoc truculento &
 egredi, & in tutam ac æter
 transire. Felicitas hæc contigi
 vè subtracto infinitis fortun
 tur humanæ vitæ decursus, q
 licem haut immeritò judicab
 bis, qui adhuc sumus supersti
 spectare necesse habeat. Nos
 tos pollicemur annos, hunc
 ceu imbre vehementi extind
 amur, mortales nos esse, sing
 tem nobis imminere discamu
 cat homines à peccatis quem
 tis mortis meditatio. Quid
 omni scientia, quod homine
 sui custodiam, & omnem in
 ad sanctitatem in timore Dei
 suæ corruptionis considerati
 ta cognitio, postremò treme

Saxonie Jo
 issimi, soro
 ts / Dn. PE
 Ducis Præf
 Reliquum
 stri obitum
 r certè qua
 et quam ci
 nto mundo
 quillitatem
 ro tempesti
 queis volvi
 o nomine fe
 illa, quæ no
 ent, non ex
 adhuc mul
 im catalepsi
 etum intue
 mentis mor
 im sic revo
 n imminen
 agustinus in
 t facilius ad
 expellendâ,
 lam, quam
 talitatis cer
 is suæ recor
 datio.

